

**Oratio Angeli Anachorite Vallis
umbrose pro Concilio
Lateranensi.**



**Contra
Conuenticulum Pisanum.**

Epistola Iulio. II. Papæ Romano & comenico.

Angelus peccator Anachorita Vallisumbrosæ / Beatissi-
mo Papæ Iulio perpetuam Salutem . Mitto Sanctitati
tuæ: quæ in odium & ruinam Conuenticuli Pisani / in fauo-
remq; & patrociniū tuū & sanctæ sedis Apostolicæ / in præ-
sentia descripsimus : quæq; in lucem in populorū plebiumq;
iudicio cōmisimus . Nec uelim admireris mi / ecclesiarumq;
pater optime / orationem hanc meam / non obseruatā in tem-
pore oportuno . Quoniam cum ad aures peruenisset meas
Conciliabulum Pisis initium cōcepisse: ne notarer ignauia:
ne obprobriū daretur deo meo: q; canes ciuitatis: canes sub
urbani: canes alpestres tacerent dormitarentq;: meū statim
(periculis & persecutionibus neglectis) uolui sanctæ matri
meæ Romanæ ecclesiæ (quod potui) concessisse præsidium
meq; illi in principio opponere: cum dictum sit: Principiis
obsta: eiusq; uires meis scriptis / meo iudicio / meaq; senten-
tia infringere eneruare: & quantum in me est prostrernere.
Errantesq; fratres monere / suum scelus eis pandere / eosq; in
uiam iustitiæ & ueritatis hortari continere: seu quos oportet
restituere . Timui insuper Pater sancte / cum ego sim mi-
nimus christianorū / in Concilio Lateranensī . in consessu tan-
torum patrum / orandi locum mihi omnium infimo merito
denegari: dicens mecum . Quis sum ego ? Si tamen dabitur
(mihi crede) audies mordacem in Scismaticos bestiam / nō
sine strepitu sua uerba resonantem . Cæterum te scire percu-
pio / omnes ecclesiarum prælatos : cunctumq; catholicū po-
pulum / clericos / monachos / anachoritas / totamq; & comeni-
cam Ecclesiam te sequi: te colere: te uenerari: teq; ad mortē
tuis sic petētib; meritis uenerabiliter obseruare . Omnisq;
creatura clamitat Viuat Iulius . Vale . Ex heremo Vallisum-
brosæ . Sexto Idus Septembris . M . D . XI .

Oratio Angeli Anachoritæ Vallisumbrosæ pro
Concilio Lateranenſi

Dicturus hodierna die de re christiana Be-
tissime pater: Tuq; sacer Senatus dñici gre-
gis/ eum inuoco primipotentem deū: quē
in personarum trinitate/ & in deitatis unitate consi-
stere profitemini. Cum eorū patrū auctoritate: quo-
rum nomina scripta sunt in celis/sacro canone sanc-
tum sit/inurgētibus in uinea dei/in siluaq; euange-
lica lupis rapacibus/mordaces canes euigilādos im-
mittendosq; & si multos ad hoc aduentasse credide-
rim/dei tamen spiritu soporatus/ex asperrimis alpi-
bus e dulci solitudine (iminentibus huiusmodi non
paruis catholicæ Ecclesiæ periculis) ad latrandum/
ad mordendū tractus sum. Mordacibus igit' uerbis
meisq; latratib9: quisquis es seu Miles/seu Dux/aut
Imperator/tua pace/et quoq; animo tuo conquiesces.
Et si multa in hmōi sacro Conuentu contemplanda
sint diue Iuli/tuq; Senatus sanctissime: In primis ta-
men demonstrandum censeo/ non ad Reges/ nō ad
ipsum Imperatorem cōuocandi œcumenici Concilii
onus pertinere. Deinde/nec ad sacrosanctæ Ro. Ec-
Cardinales his temporibus/rebusq; sic stantibus spe-
ctare potuisse. Mox nuntiandū solius esse Romani
Antistitis Concilia congregare. Postmodū declaran-
dos eos Scismaticos:q; Pisis Conciliabulū/seu diabo-
li synagogā temerarie pcurarūt. Postremo/nōnulla
quæ mei ingenioli uiribus in huius sanctæ uniuersa-
lis Eccle. reformatione emēdatione & correctione
digna iudicata sunt. Præstet igit' Sāctitas tua: uosq;

cæteri patres uenerandi/mee ineptitudini/sed bonæ
mētī/ gratū quisq; benignus auditū. Nec uobis erit
inensum / si qđ dei spiritu concepimus / euomendo
paulo alius q̄ forsitan expectetis / inicitium faciemus.
Quanq̄ mihi longe antea cognitū sit Beatissime pa-
ter: uosq; astantes celeberrimi/Constantinum illum
magnum: eum dico: non orientis/nō occidentis/sed
uniuersalis machine Imperatorē unicū: qui christia-
nam rempublicam: qui catholicam fidem: qui hmōi
sacram sedem/tātis decorauit muneribus/ tantis pri-
uilegiis roborauit/ tantisq; insigniis honestauit: qui
sacrū hoc palaciū Lateraneū. in quo sanctissime resi-
detis/Siluestro/imo uobis cōdonauit: aliosq; q̄ pluri-
mos Imperatores generalia Cōcilia indixisse/traxisse/
se/consecrassēq; ut abundanter ecclesiastica & tripar-
tita cōmemorat historia. Immo & sacri canones in
cap. Sexta sinodus. xvi. di. copiosissime manifestāt.
Quo in loco descriptum legimus Iulii Papæ ponti-
ficatu cōtra Arriū sub Cōstantino principe. cccxviii
patrum in Nicea uniuersalē synodū congregatā. Ite-
rumq; sub Gratiano Romanorū Rege/ Damasi tem-
poribus. Rursus sub Theodosio/Celestino antistite
summo existente. Postmodū Vigilio Petri cathedrā
ministrāte sub Iustiniano Impatore. Sed quoniam
rationabilib; causis/deū uniuersalēq; eccliam mouē-
tibus/indecēs postea iudicatū est Principes seculares
Reges uidelicet/ ac Imperatorē ipsum admitti debe-
re ad Clericorū negotia/seu errores agnoscendos/per-
tractandos & corrigendos: cum ad eorū non spectet
officiū: Theodorico Rege magnifico affirmante:
qui uolentibus Simachum Pont. max. eius fauore

sede Petri expellere/religiosissime locutus est dicens
 Nō nobis aliquid de ecclesiasticis negociis preter re
 uerentiā cognoscimus pertinere: cooperante spiritu
 sancto publica lege sancitū est: ad omne scisma tol
 lendum/ad omnem cōfusionem euitandam/ ad solū
 Romanū pontificē tanq̄ ad Archimandritā pastoz
 conuocationem omnimodā pertinere. Estq; interdi
 ctum Regibus & Imperatori/ ne in re clericorum se
 in posterū interponerēt/ prout posteritati mādat di
 uis ille Aquinateñ. Thomas/ ea suoz cōmentario
 rum parte: quæ secunda secundæ questione. i. titulo
 prenotatur. Quod etiam in patrū decretis: di. xviii.
 sole clarius demonstratur: dū Pelagius papa Episco
 pis/ qui conuenerāt ad illicitam conuocationem/ ad
 nephandā synodum (ut modo Pisis) scribit dicens.
 Non est concilium/ sed conuenticulum/ uel concilia
 bulum: quod sine sedis apostolicæ consensu celebra
 tur. Et Marcellus: Absq; Romani pontificis auctori
 tate/ synodum aliquibus celebrare nō licet. Et Iulius
 primus orientalibus episcopis: Non est ratum concī
 lium: quod Ro. ecclesiæ auctoritate nō est fulcitum.
 Et Simachus: Concilia sine Romani pontificis præ
 sentia pondere carebunt. Seclusa itaq; eoz uesania
 qui cōuocandi Concilii opus ad Reges spectare im
 pudenter asserebant. Eoz etiā iniquitatem opprime
 mus: qui nōnullis Cardinalibus malo consilio suase
 runt/ ad eoz officium pertinere hmōi Concilii con
 uocationem: quorum doctrinis in præceptitium pro
 ruerunt. Et ut uerum fatear Patres: si duo essent de
 Pontificatu contendentes: quorum neuter ullo mo
 do eius possessione unq̄ gauisus esset: aut unus de

num: qui heresis labe esset infectus/non negauerim
congregandi Concilii onus ad Cardinalatus officium
pertinere. Sed inpraesentia qua rone cum unicu ha-
beamus sanctissimum Pontificem/uirum per omnia in-
tegrum/ xpianae fidei optimum professorem/ ab omni
heresis/simoniacq;/ & auariciae labe prorsus alienum:
a teneris unguiculis ueridicum/libertatis ecclesiasti-
ca acerrimum propugnatorem/ recuperatorem/ di-
latoremq; ita ut Constantini & Theodosii tempora
suo Pontificatu rediisse uideantur: cum pax & quies
sua opera/sua integritate/suaq; constancia ecclesiis re-
stituta sit. Quis uestrum eo nauiculam Petri procu-
rante unquam decimis & oneribus infensus est? Quis ue-
strum impositionibus aut mutuis / eo uigilante & pro-
tegente/a tyrannis oppressus est? Quis denique aut car-
ceratus/ aut detentus/ aut expoliatus eius patrocini-
um implorauit/quod illi ab eodem denegatum sit? Minime
igitur dicendum censeo; nonnullis licuisse Pisis praeter
eius mentem oecumenicum Concilium indicere/aut ul-
la praesumptione celebrare. Cum in clementina: Ne
Romani: Quaecumque per Cardinales gesta fuerint/po-
tifice dissentiente/ irritetur/ & inualida ac nulla esse
decernantur. Cum igitur nec Regibus/nec Impatori/
nec sacrosanctae Ro. Ecclesiae Cardinalibus spectet
onus hominum: ad Lateranensem Antistitem demum perti-
nere demonstrabimus. Petro etenim soli dictum est
Pascere oues meas. Et iterum: Et tu aliquando conue-
sus/ confirma fratres tuos. Et rursus: Duc cimbam in
altum. Quo in loco Chrysostomus commentatus est.
Tunc Petro datum mundi principatum/cum illi so-
li mandatum est/ nauiculam in altum ducere. Quod

pulchre Hieronimus contra Iovinianum insinuans
 scribit: Super Petrum fundatur Ecclesia/ licet cuncti
 apostoli regni clauēs accipiāt. Et ex duodecim unus
 eligitur: ut capite constituto/ scismatis occasio repe-
 latur. Crediderim insuper deum meum Iesum Chri-
 stum: ut suæ Ecclesiæ unitatem denotaret/ unum il-
 li summū ac maximum uoluisse præesse pastorem:
 cum entia (Philosopho teste) cupiant bene disponi:
 sitq; dominantium pluralitas mala: unus ergo prin-
 ceps. Et apud Homerum dictum est: Vnus sit prin-
 ceps ad quem omnia referantur. Scriptum quoq; in-
 uenio: Erit unū ouile & unus pastor. Quamobrem
 dicant uelim hi: qui se clauium moderatores nuncu-
 pant & inscribunt: quam Christus legem: quam mo-
 derationem: quodq; frenum Petro imposuerit: cum
 iussit illum piscari in altū dicens: Hamū retheq; tra-
 he: cū illi retulit: Quodcūq; ligaueris super terrā erit
 ligatum & in celis: cum ait: Pasce oues meas. Quod
 Speculator (& si homo prophanus) in excessu tamē
 mentis suę admiratus euomit/ Romanū pontificem
 Petri successorem/ non puri hominis/ sed puri dei ui-
 cem gerentem in terris omnia posse disponere pro li-
 bito uoluntatis. Vt etiam copiose describitur. ix. q.
 iii. Per principalem. & capit. Cuncta per mundum.
 Iugumq; ab eo impositum/ q̄q; graue ferendum est.
 In memoria. Cum superiorem in terris habeat nemi-
 nem/ de electione in fine: non debet nec potest ab ali-
 quo iudicari. di. xxi. Quoniam manibus suis celeste
 arbitrium continet. Iuraq; superni & terreni imperii
 ei diuinitus cōmissa sunt. xxii. di. Quo loco cognos-
 ci facillime potest: per uerbū illud: Romanā funda-

ram eccliam: per quod coelū/terra/mareq; cōstructū
est. Quod etiā cōtemplatus Hostien. in cap. per Ve-
nerabilē. Qui filii sint legi: admirandā gustandāq;
huiusmodi emisit uocem. Romana ecclesia altera
Hierusalem Petri sanguinis effusione facta est: quo-
niam in Petro homine iterū Christus crucifixus est:
cū illi protulit. Vado Romā iterū crucifigi. Vnde
Urbi huic/suoq; antistiti/ & tibi diue Iuli tāta pleni-
tudo potestatis concessa est: ut non debeant nec pos-
sint Cardinales/ seu alii Ecclesiarū praelati calcaneū
nec uerbū ullū in te erigere: cū mōstro sit horribili⁹
membra a suo capite dissentire: & subditos in suum
principē iudiciū exercere. Sicut enim in triūphanti
ecclesia deo subiiciūtur & parēt throni/ac uniuersae
potestates: sic in militanti nra ecclesia neminem esse
cōuenit: qui Romano pontifici/dei uices in terris ge-
renti resistat/ obuiet/ & se opponat: Clauēsq; in eius
manibus consistentes/ulla fiducia se uelle moderari
clamitet & confidat. Et quoniā Scisma illicita est di-
uisio ab unitate Romanæ eccliae: quæ super omnes
ecclesias tenet principatum: quæ omniū ecclesiarum
est mater & magistra: non solū eos Cardinales Scis-
maticos iudicabim⁹: qui armati per fugā ab obediē-
tia Romani pontificis se traxerūt: conciliabulūq; in-
dixerūt: sed eos etiā omnes: qui timore aut iussu Re-
gū scismaticis Cardinalibus adherentes/ Pisis ad cō-
uenticula facienda conuenerūt: cū hi trepidauerint
timore/ubi nō erat habendus timor: cum ab ecclesia
rū praelatis minime Reges timendi sint: cū a xpo dī-
ctū sit: Nolite timere eos qui corpus occidūt: animā
autē nō possunt occidere. Et iterū: Qui amat animā

id est uitam suam / timens propter iusticiam sibi auferri
 (ut comentat' Chrysostomus) perdet eam. Et Augustinus
 refert: Christum / ut nullum genus mortis homini
 metuendum esset demonstraret / uoluisse in cruce mori.
 Et in decretis mandatū sit / non esse timendos occi-
 sores corporis / contra iusticiam homines impellentes: quoniam
 in Apocalyp. dictum est: Timidis erit pars in stagno
 ignis & sulfuris. Quamobrem non timuit Ambrosius
 Theodosium: Non Ioannes baptista Herodem. Et
 quoniam auctores consentientesque Pisanæ synagoge
 timentes gladium carnis & Regum: equo dei iudi-
 cio in gladium animæ / & christi regis regum / in prauita-
 tem uidelicet scismaticam inciderunt: iuxta Ezechie
 lis oraculum dicentis. Gladium metuistis: gladium
 inducam super uos ait dominus omnipotens. Prop-
 terea iure optimo Scismatici iudicandi & habendi
 sunt. Nec possum non admirari tot tales tantosque ui-
 ros in tantum scelus / in tam profanum facinus inci-
 disse. Et si qui eorum sunt: qui sacros ignorent canones
 (cum philosophiam profiteantur plerique) debebant ta-
 men doctrinam sui Philosophi ad minus meminisse
 dicentis in tertio suorum Ethicorum libro: Quædam esse (ut
 in re præsentis & questione nostra) quæ nullo timo-
 re aliquis cogi debet. Fatentibus tamen eis errorem suum.
 Pater beatissime: redeuntibusque ad gremium & unita-
 tem Romanæ sanctæ matris ecclesiæ (cum homines sint)
 eos admittendos recipiendos & uenia donandos iu-
 dico: cum nostra mater Ecclesia nulli claudat gremium
 redeundi: magnanimusque Imperator noster christus: qui
 patiendi humilitate / non dominandi potentia / cæli &
 terræ regnum adeptus est: apertis extensisque brachiis

701
in cruce pendeat: ut ad se uenientes redeuntesq; sem-
per admittat. Pro qua re & uenia hmōi condonāda
& te Pater sancte / & catholicum Senatum tuum hu-
mili prece depono: Oroq; imitemini illū ducem ue-
strum: cuius proprium est misereri semper & parce-
re. Postremo / ut quæ obtulim⁹ / uidelicet quæ in pre-
senti Concilio in dei ecclesia reformanda seu tollen-
da iudico / proferamus: pronuntiabimus curandum
esse in primis / ne boues in ecclesia subleuentur: cum
nihil sit q; christianā rempublicam tam modum infi-
ciat dilaniet atq; perdat / q̄ q; imperiū rudes ac im-
meriti ad eius principatū promouentur. Pensiones
ulterius abdicandas cassandasq; cum deuient: sintq;
contra Canonem iubentem ecclesiastica beneficia li-
ne aliqua diminutione conferri & cōmitti. Religio-
num insuper diuisiones tantas / etiam in ordine san-
cti Benedicti euertendas / ipsumq; ordinem ad unū
habitum / & ad unam congregationem sub uno præ-
lato restringendum / & propter eius singularia me-
rita / atq; in Ecclesia dei beneficia / sub protectione
sanctæ sedis Apostolicæ conseruandum censeo. Re-
liquarum etiā institutionum seu ordinum / semo-
tis tot / tantisq; diuisionibus / mundialem machinā
perturbantibus / reduci ad unum oportunum & pro-
ficuum demonstramus: cum regnum in se diuisum
(teste domino) desoletur. Cœtera præterea omnia
tam electiones Episcoporum / q̄ Abbatum / cœtero-
rumq; Prælatorum ad ius cōmune omnia reducenda
& limitanda esse depono. Dispensationes etiam
tantas temperari debere / humili uoce pronuntio.
Corrigendos insuper clericorum / monachorumq; &

uitam & mores & pompam & fastus • Non desunt
 preterea Pater sancte: qui proferant annatas tanq̄ ca-
 tholicam ecclesiam infestantes / Romanæ ecclesiæ ef-
 se prohibendas. Sed cum oportunum sit & proficuū
 ecclesiæ uniuersali auri plurimum esse apud Roma-
 num Pontificem: ut Regum & Principū plerumq̄
 temeritatibus posset obsistere / eosq̄ in uirga ferrea re-
 gere / penitus dissentio atq̄ cōtradico. Doleoq̄ quā
 plurimum non satis auri esse apud Lateranenē episc-
 opum / ut q̄ tantis ecclesiæ latronibus obuiare.
 Oporteret namq̄ illum semper esse accinctum gla-
 dio super femur suum potentissime: ut posset obsiste-
 re fugare euertere tot Pharaones / tot Neronēs / tot
 Tirannos / libertatem ciuitatesq̄ Ecclesiæ opprimen-
 tes deuastantesq̄. Orientalia insuper regna atq̄ Im-
 peria / Ciuitatemq̄ sanctam Hierusalem Barbaro-
 rum manibus oppressam atq̄ laniatam redimere:
 & obedientiæ huius sanctæ Sedis restituere. Quo-
 rum recuperationē in huiusmodi sacra synodo per-
 tractari & exequi (cū locus & tempus postulet) Bea-
 tissime pater oro peto supplico & sum mopere exop-
 to. Imitatione Concilii apud Claramontem / instan-
 te Urbano secundo habitū: in quo Christi plebs & a
 Pontifice & a Concilio ad recuperandam Hierosoli-
 mā ita animata & accensa fuit: ut tercenta uel ut alii
 scribunt / sexcenta milia uirorum armauerit: crucēq̄
 Christi suscipere coegerit. Exercitum nempe qua-
 lem nunq̄ antea nec post latinis / nec occidentalis Eu-
 ropa descripsit. Vos igitur / & te in primis Beatissi-
 me pater / ad expeditionem huiusmodi (ut Apostoli
 Christum in nauī dormientem) excito hortor atq̄

61
impello/ uictoriamq; polliceor/ attestantibus tam ue-
reris q̄ noui testamenti Prophetarum omnium ora-
culis. Sin autē/ penitus genus deficiet christianum.
Nosti illud in extremo occidentalis ærope clausum
detentum/ atq; carceratum. Miseremini miseremini
eius/ & totius collabentis Ecclesiæ. Obluioni enim
dabitur dextera uestra / si memores non eritis ipsius
sacerdotalis ciuitatis sanctæ Hierusalem. Multa po-
stremo essent recensenda/ sed ne uidear ego solus om-
nia uelle perstringere/ cupiamq; uos scribis pro-
rebus grauioribus locum dare/ quiescam. Vnum ta-
men rogatum uos facio / ut Iulium Pontificem no-
strum : quem libertatis ecclesiasticæ egregium con-
seruatorem esse monstrauius/ his temporum turbi-
nibus/ a deo nobis datum agnoscat/ cognitumq; &
orationibus & suffragiis uestris cōmendatum : & ut
xpi Vicariū/ ac uerum Petri successorem gratum &
summpere dilectum iuuetis faueatis conseruetisq;.

DIXI.